

- 1. Confraternitates disciplinarum, aliaque similes, cum ad bonum finem tendant, sunt licite & permixtae.
- 2. Confraternitates huiusmodi an sint pia loca & religiosa, ita ut leges & alia dispositiones loquentes in piis locis, habeant locum in eis? & n. 79.
- 3. Legatum pie causa factum, huic confraternitati concedi potest, sed contra n. 11.
- 4. In praed. confratriis opera multa pietatis & misericordiae exercentur.
- 5. Statutum, quo cauetur, ut quilibet de collegio & confraternitate teneatur solvere singulis annis aliquid pro seruitio diuino, validum est, dummodo hoc fiat propter honestam causam, & non dicatur in statuto, ne quis recipiatur, nisi soluat decem aliamve quantitatem.
- 6. Episcopus potest & debet visitare omnia hospitalia, & curare, ut ad eum sum teneantur, ad quem sunt instituta. Quarta Episcopo debetur ex relictis huiusmodi confraternitatis, tanquam relictis piis locis, sed contra, n. 13.
- 10. Confratres disciplinarum sunt laici, uxores ducunt & de se domi viuunt mercatrasque exercent, ac proinde non coram iudice ecclesiastico, sed coram seculari conueniantur.
- 11. Trebellianica deducenda est ex relictis huiusmodi confraternitatis.
- 13. Confraternitates huiusmodi non gaudent beneficio restitutionis in integrum.
- 15. Doctores publici proficens vel scholarius, sicut potest expellere fabrum, ita & hos disciplinatos, ne alia & inconcinna voce eorum impediatur.
- 16. Bona harum confraternitatum possunt ad libitum alienari per corpus eiusdem absque solemnitate requisita a iure Canonico in alienatione rerum ecclesiasticarum: vide dicta n. 22. & 23.
- 17. Episcopus non potest se intrinsece super bonis hospitalium pauperum infirmorum, nec super redditibus ipsorum, nec aliquid habere agere cum administratoribus, dictorum locorum, nec eos cogere ad reddendam rationem.
- 18. Hoc fallit, quando pia loca essent constructa auctoritate Episcopi, vel quando essent in dubio, & dicta loca haberent aliqua signa, per quae ostenderetur, ea esse constructa auctoritate Episcopi, vel quando essent in dubio, & dicta loca haberent campanile, &c. vide n. 20.
- 19. Hodie auctore sancto Concilii Tridentini indistincte Episcopus potest visitare omnia pia loca, ut latius hic, & in num. 26.
- 21. Confratres possunt renuntiare confratrie, dum tamen nihil retineant de bonis illius.
- 24. Si de bonis confratrie ab Episcopo approbata agatur, vel de recipiendis vel excludendis confratribus, coram iudice ecclesiastico, non vero coram seculari discedendum erit, & n. 25.
- 27. Episcopus in visitatione hospitalium, aliorumque piorum locorum quid facere possit.
- 28. Episcopus visitare potest deposita publica frumenti, nempe las Alhondigas, ac rationes reuendere.
- 29. Hospitalia an dicantur loca pia?
- 30. Exercentes ius patronatus confratriis, communitatibus, vel hospitalibus, competens, an dicantur patroni Ecclesiastici.

De confraternitatibus disciplinarum, seu confratriis, an sint loca religiosa, nec ne? deque aliis in proposito.

Congregaciones disciplinarum vel confraternitates seu confratrie, aliaque similes cum ad bonum finem tendant, sunt licite ac permixtae ut docuit Bart. in l. ult. n. 6. ff. de colleg. illis. & in l. cum senarius, n. 4. ff. de reg. iur. lat. Parif. conf. 34. n. 39. lib. 4. nec est qui dissentiat, secundo Menoch. de recuper. poss. remed. 15. n. 25. Hocque praecipue procedit, si ab ordinatio loci approbatae sint, prout debent, quae ad pias causas & spirituales sunt, ut in l. 3. tit. 14. lib. 8. Noua Collect. Regia. Iure autem communi approbatae sunt, quando ad licitum tendunt, vt pote ad Dei seruitium, c. si qui clericorum, n. 11. q. 1. vbi gloss. & c. sane, 16. q. 7. Rebuff. in tract. de confratriis, n. 2. tomo conf. ad l. Regias Gallis, pag. 329. vbi n. 4. tenet, quod iudex potest compellere hac collegia & fraternitates, vt ostendant sibi collegij statuta: quod etiam tenet Montau. & eum referens Aules n. 13. in loco statim citando: sed adhuc iure etiam communi requiritur licentia Principis vel prelati, licet fiat causa pietatis, vt post alios tenet Aules cap. 2. prator. in gloss. ni confederation, num. 10.

Maxime tamen concertatum est: An huiusmodi confraternitates seu confratria sint pia loca seu religiosa, vt leges aliaque dispositiones, quae loquuntur de piis locis, habeant locum in dictis confraternitatibus? Et prima pars affirmatiua ex eo vera videtur, quoniam t legatum pie causa factum, huic confraternitati concedi potest, vt consulti respondit Paulus Castr. conf. 5. lib. 2. quem sequutus est Alex. conf. 102. n. 3. lib. 7. & Dec. plures citans conf. 72. col. 3. vers. 3. principaliter, Rebuff. vbi supra n. 3. & alij plures quos refert Tiraq. de priuileg. causa pie, in prefatione, pag. 4. idem refert Parif. d. conf. 34. n. 5. lib. 4. & sentit Bart. in l. 1. §. sed religiois, ff. de colleg. illis. Abb. conf. 31. vol. 1. Ioan. Andr. in c. Ioannes de testam. Capra conf. 115.

Secundo, quoniam t in praedictis confratriis opera multa pietatis & misericordiae exercentur, vt cum Specular. Abb. & Felin. tradit Parif. vbi supra n. 4. & Capra conf. 54. n. 10. & idem confraternitates dicuntur pie, & legatum illis relictum, dicitur in piam causam, gloss. in pragmatica sancti Gallis an. tit. de amat. verb. beneficiorum, sequitur Alex. conf. 102. & Dec. conf. 72. ipso puncto, col. 2. vers. 3. principaliter, & eos t referens Rebuff. vbi supra n. 3. vbi n. 4. post alios, quos refert, ex hoc resolutum, non esse prohibitum statutum, quo caueatur, quod quilibet collegio & confraternitati se adiungens, teneatur in singulis annis soluere pro seruitio diuini aliquid, dummodo hoc fiat propter honestam causam & non dicatur in statuto, ne quis recipiatur, nisi soluat decem, quia excludit pietatem & sic communionem, bene tamen potest statui, vt receptus soluantur, pro Missis & ornamentis aliisque rebus necessariis confratrie.

Tertio, quia t Episcopus potest & debet visitare omnia hospitalia & curare, vt ad eum vsum teneantur, ad quem sunt instituta, & inquirere, an illud fiat propter quod constructum est hospitale, quia talia loca censentur ecclesiastica, vel quasi, vt probauit Federic. de Senis conf. 111. quae. talis est, &c. in princip. de quo latius agimus in 7. fundamento contrariae partis.

Quarto, quoniam t ex relictis huiusmodi confraternitatibus, tanquam relictis piis locis, quarta Episcopo debetur, vt latissime consuluit Barbat. conf. 1. n. 4. & tenuit Petr. de Vbal. vt refert Alex. d. conf. 102. n. 5. lib. 7.

Et in terminis, quod fraternitas t disciplinarum dicatur locus pius, sentit Specular. in tit. de instrument. edition §. nunc aliqua, n. 6. vers. & scimus, qui ait, quod lo-

- ea pia dicuntur, vbi exerceatur operas caritatis: idem dicit Ioan. Andr. in cap. Ioannes vers. vnum est quod refertur, de testam. vbi per istam rationem concludit, hospitale etiam non erudum auctoritate superioris, esse locum pium & ibi Cardin. in 7. quae. idem tenet & Abb. in c. fia in 2. notab. eodem tit. de testam. Paul. Castr. conf. 167. n. 4. in 2. part. confil. Alexand. conf. 219. volum. 2. & quod confraternitates dicuntur pie, tenet Rebuff. vbi supra n. 3. quomuis numeris sequentibus alia adiciat, quae videntur contraria: idem etiam probauit alij relati ab Anton. Gabriele vbi supra n. 4. & 5.
- 9. Nihilominus tamen contraria sententia, & sic negatiua, imo quod confraternitates disciplinarum & similibus personarum, non dicantur loca pia, nec pro talibus habeantur, veritas & magis communis videtur. Primum, quia singuli confratres laici sunt, uxores ducunt, habent vel ducere possunt, & de se domi viuunt, mercaturas, ceteraque negotia huiusmodi exercent atque exerceat velint, quare non sub iudice ecclesiastico tanquam religiosi, sed coram laico conueniuntur atque conueniri debent, vt tenet Bart. in l. vltim. n. 15. ff. de colleg. illis. quem sequitur Iaf. conf. 218. col. 2. vers. ad praedicta etiam lib. 2. Marant. de ordin. iudic. 4. part. 11. dist. 23. pag. 219. idem voluit Cardinal. confil. 13. Parif. dicit. confil. 34. n. 28. vbi quod Episcopus nullam habet in eos, nec in his confraternitatibus iurisdictionem: sequitur etiam Rebuff. vbi supra n. 8. & Menoch. d. remed. 15. de recuperand. poss. num. 31. Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. de caus. pias, concl. 9. n. 14. & 16. pag. 384. col. 2. & Aules vbi supra. d. n. 10. vbi ampliat etiam conueniuntur ipsa fraternitas, nam si singulariter, non est dubium. Secundo, quia crebrius est t sententia, relictum loco pio vel religioso, soluique non posse confraternitati, vt probauit Bald. confil. 162. quidam Franciscus, volum. 1. vers. 4. queritur lib. 5. idem Bald. in l. iubemus, & in authent. hoc ius porrectum, volum. 2. vers. 2. quae. 2. de sacrosanct. Eccles. & alios plures citat Tiraq. vbi supra, idem sequitur Calcan. confil. 21. volum. 2. vers. modo reuerendo, Iafon dicit. conf. 228. n. 11. qui n. 14. id limitat cum Bald. quando t confratria haberet annexum hospitale. Paul. Parif. vbi supra n. 20. & seg. & hanc esse crebriorem sententiam affirmat, plures alios vbi supra. dicit. n. 31. & magis communem esse, plures allegans dicit Anton. Gabrielem vbi supra n. 8. atque proinde erit tenenda aduersus modum pro contraria relator sententia, tenentes contrarium. Quo t fit, vt ex relictis dictis confratriis deducenda sit Trebellianica, quasi non sint relictis piis locis: Ita expresse concludit Bald. conf. 160. incip. in dicto testam. quem & alios refert & sequitur Corneus conf. 129. n. 27. vol. 2. & conf. 28. n. 5. volum. 4. & conf. 307. in fine, eodem volum. Parif. d. conf. 34. n. 4. vol. 4. & conf. 50. lib. 2. Sed in hoc contrarium est verius, quia licet non sit locus pius, relictum tamen ei, videntur relictum ad pios vsus & in piam causam, ac propterea cessare tunc debet Trebellianica, vt concludit Paul. Castr. conf. 167. praesupposita, n. 3. lib. 2. quem refert & sequitur Socin. conf. 82. volum. 4. sentit Bald. in authent. similitur, vers. & nota C. ad legem Falcid. sequitur & ex aliis probat Anton. Gabr. vbi supra n. 10. & 11.
- 13. Tertio, quia t ita etiam similitur, quamplures auctores tenent, ex relictis huiusmodi confraternitatibus, quartam Episcopo non deberi, vt eos referentes probauit Parif. vbi supra num. 9. Menoch. dicit. num. 13. & Anton. Gabr. n. 13. vbi supra. ex quorum auctorum numero patet, hanc esse magis communem sententiam, quam late probat Abb. d. confil. 31. n. 12. & 3. in 2. part. confil. Aules vbi supra d. n. 10.
- 14. Quarto, t quia huiusmodi confraternitates non gaudent beneficio restitutionis in integrum, prout alia pia loca, vt tenet Petrus de Anchar. in cap. auditio in 11.

quae de in integ. restit. sequitur Parif. vbi supra n. 22. & Anton. Gabr. etiam vbi supra n. 21.

Quinto, t quia quemadmodum Doctores publici proficens vel scholaris praenunties fabrum fetarum in habitatione, potest cum expellere, & similes, qui ob artem, quam exercent, eidem impedimento sunt, sic etiam hos disciplinatos potest expellere, ne alia atque inconcinna voce eorum impediatur, secundum Iaf. dicit. confil. 228. quem refert & sequitur Menoch. vbi supra n. 32.

Sexto, t quoniam bona harum confraternitatum possunt alienari per corpus earundem ad libitum absque solemnitate, requisita a iure Canonico in alienatione rerum Ecclesiarum piorumque locorum, quia confraternitas non est pium collegium, sed profanum & saeculare, & non priuilegiatum, vnde potest de bonis suis disponere, sicut de saecularibus: Ita in specie tenuit ac consuluit Baldus in dict. authent. hoc ius porrectum, n. 3. & in dict. l. id quod pauperibus, quae. 21. n. 34. C. de Episcopis & clericis. Felin. in c. de verum, col. 1. n. 3. de praescript. Rebuff. in compend. alien. rerum Ecclesiasticarum, n. 56. idem Felin. & Franc. Balbus, & eos referens Aules cap. 2. Prator. in gl. ni confederation. n. 10. & Auend. in cap. 4. n. 42. lib. 1. Paul. Parif. vbi supra n. 19. & 25. sequitur alios allegans Anton. Gabr. vbi supra n. 12. & iuxta hanc sententiam ipse quoque iam diu consuluit, ac tenenda est, intellecta ut infra, licet contrarium cum Angel. tenet Fab de Monte in tract. de emptione & venditione, n. 18. volum. 5. tract. diuers. Doct. fol. 474.

Septimo, t quia Episcopus non potest se intrinsece super bonis hospitalium pauperum infirmorum, nec super redditibus ipsorum, nec etiam habere aliquid agere cum administratoribus & gubernatoribus dictorum locorum, adeo vt eos cogere non possit ad reddendam rationem, & si ageret contra illos, processus esset nullus: Ita Federic. de Senis conf. 130. & Petrus de Perul. in tract. de quaria canonica, quos & alios referens idem probat latissime Paul. Parif. dicit. conf. 32. n. 30. & seg. addens, quod dicti administratores possunt distribuere, prout ei videbitur, & quod cura Episcopalis dicitur esse remota a tali fraternitate laicorum & a ministris ipsius, & quod Episcopus non potest praedictos administratores molestare neque ab eis tunc regimen auferre nec novos administratores ad gubernandum dictum locum & ipsius bona, & ad dispensanda legata relictis dictis fraternitati dispartire, nec habet ius visitandi dict. locum, nec exigendi procuracionem, nec eiam si Episcopus esset dominus temporalis loci, in praedictis se posset intromittere, vt ibidem late probat & quod Episcopus non possit praed. loca visitare, probat etiam Anton. Gabrielem vbi supra n. 15. vbi refert Parif. vbi supra & Decius conf. 148. adde etiam Troium Maluetium in tract. de oblat. 4. part. n. 14. & Barbat. in cap. de his, n. 6. de testam. n.

Hoc tamen fundamentum non multum pro hac parte alitringit, quia Federic. de Senis in dict. conf. 130. loquitur in hospitali, in quo non sunt clerici, altare, nec campanile, nec Episcopus est in possessione exercenti communiter in eo iura Episcopalia, t ex quo praesumitur, locum esse profanum, aliis enim, quando pia loca essent constructa auctoritate Episcopi, vel quando essent in dubio & dicta loca haberent aliqua signa, per quae ostenderetur, esse edificata auctoritate Episcopi, vt sunt altare & campanile, & similia Episcopus potest visitare dicta loca ad effectum inquirendi & videndi, an ibidem fiat illud, propter quod locus ille constructus est, & exerceatur ea secundum voluntatem illorum, qui ea reuerentur, vt in terminis probauit idem Federic. confil. 111. supra allegatus pro fundamento contrariae partis: quod est verum &

& iure procedit text. in *authent. de Ecclesiast. tit. 5. §. quis adificationem*, & Federicum in hoc sequitur Abb. in *ca. inter dilectos, in fin. de donat.* & alij plures quos congerit Paris. *vbi supra n. 8. 43. & 46.* sequitur etiam Anch. in *cap. 1. de consub. lib. 6. col. 3. n. 10. notabil.* & ibi Geminian. & Philippus Francus, Bald. in *leg. si quid ad delendum, vbi nec tamen est negandum, C. de Episcopis & Clericis, Anton. Gabr. vbi supra n. 17.* & Ioan. Lupius Segouien. in *tractat. de tract. de libert. ecclesiast. q. 16. num. 9.* Altamiran. in *tract. de visitatione, in verb. etiam testamentorum, n. 19. & sequen. fol. 251.* & quid facere & providere debeat Episcopus in visitatione hospitalis pauperum, latè Frias in *tract. de visitatione, cap. 19.*

29 Tum etiam, quia hodie, attento decreto de reformatione sacri Concilii. Trid. c. 22. c. 9. indistincte cavetur, quod administratores, tum ecclesiastici, quam laici, fabricæ cuiusvis Ecclesiæ etiam cathedralis, hospitalis, confraternitatis, elemosynæ, montis pietatis & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis ordinario, consuetudinibus & privilegiis quibuscunque in contrarium sublati: nisi secus forte in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ cautum esset, quod si ex consuetudine aut privilegio aut ex constitutione aliqua loci ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum his adhiberi debet ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur. Ex quo probatur sententia Federici de Senis d. conf. 111. & sequentium, & cessant evasiones sue intellectas eidem sententiæ Federici assignatæ per Paul. vbi supra n. 44. & sequen. obliis, quæ supra in illo consilio tradiderat, & verba illa Conc. Trid. d. c. 9. supra relata; Nisi secus in institutione, &c. intelligantur etiam habere locum in hospitali, quod cum tali conditione constitutum est, sc. vt non teneantur administratores rationem ordinario reddere, vt cautetur in declaratione 159. Reverend. Card. ad interpretationem dubiorum sacri Concilii deputatorum, vt ex quodam Sumpto eorum deduxi.

Hæc tamen procedunt quoad visitationem & rationem reddendam singulis annis ordinario, quo respectu confraternitates & hospitalia piis locis æquiparantur à præd. Concilio, quod reliqua tamen, de quibus nos agimus, extra id, quod nominatim continetur in præfato decreto, Concilium nihil definiuit, & sic remanet sub dispositione iuris communis, de quo nunc disputavimus.

Et in terminis, quod præd. confraternitates non sint pia loca nec pro talibus habeantur, sed profana, notat Bald. in l. illud, vers. quid de eo, C. de sacrosanct. Eccles. idem in d. authent. hoc ius porrectum, d. n. 3. probat latè Paris. d. confil. 34. n. 9. & sequen. & alij plures relati per Anton. Gabr. vbi supra n. 1. vbi quod nec etiam sint loca religiosa, secundum Abb. & Felin. quos refert: quam sententiam ipse videtur tenere n. 7. dicens quod videtur magis communis opinio: eandem, quod fraternitas laicorum non sint privilegiata, tenet Cornes confil. 260 in fin. n. 19. lib. 1. & confil. 108. litera l. n. 9. lib. 3. & confil. 297. n. 3. volum. 4. & alij relati à Tiraq. in præfatione de privi. causa pia, pag. 4. adde Avend. 2. part. cap. 14. Prator. num. 32. vbi idem tenet quoties bona & fructus confraternitatis consumantur in conuiuiis vel in agendis tauris, quem refert & sequitur Altamira. vbi supra n. 81. fol. 270. est magis communis & magis vera hæc secunda opinio negatiua secund. decision. Perusin. 90. num. 9. 2. part.

20 Et procedit hæc sententia, etiam in his locis & confraternitatibus. sit campanella & altare portatile, vbi celebrantur Missæ in diebus festiuis; Nam adhuc ista non faciunt locum religiosum & sacrum, sed remanet priuatum & profanus, secundum Paris. vbi supra num. 15.

plures ad hoc referentem: tenuit Cardinal. confil. 13. & Decius confil. 148. loquens in oratorio indotato & priuato, & à laicis gubernato & pro tali ab Episcopo visitato, & sic concludit, non esse locum pium, sed priuatum. Quid tenendum in hoc articulo?

Resoluo, considerando quod aliquos casus. Primus est respectu singularum personarum confraternitatum, in quo dico, ipsas non ita esse adeo religioni addictas, vt ab ea non possint ad libitum recedere: ideo possunt renuntiare confratriæ, dum tamen nihil retineant de bonis illius, alioqui antequam renuntient, ea reddere debent, vt docet Iacob. Rebuff. in l. nemo, col. ultim. C. de spectacul. lib. 10. quem refert & sequitur Petrus Rebuff. vbi supra n. 12. & sunt merè & proprie seculares & laici, quandoquidem vxores ducunt & negotia exercent, quæ à religiosis & personis Ecclesiasticis exerceri non possunt, ob idque nulla est Episcopi iurisdicctio, sed iudicis tantum secularis: sicque intelligenda est sententia Bart. d. l. vlt. num. 15. ff. de colleg. illie. & sequacium, quos supra reuolimus, & eiusdem in l. cum senatus, n. 4. ff. de reb. dub. quem refert & sequitur Roch. de Curt. de iur. patron. verb. ius, col. 2. vers. tertia, quæst. tradunt Doct. præcipue Florent. n. 8. in cap. 2. de foro competenti, qui hoc modo sunt intelligendi.

Secundus casus est, quoad bona, quæ illius vniuersitatis & confratriæ sunt, & tunc si ea mente & animo illa sunt vna simul congesta, vt confratriæ defunctuarum, & possit illa confraternitas ad libitum de illis disporre & tractare, illa non habentur vt bona loci religiosi, sed profani, & ad libitum distrahi & redditus alienari possunt: & sic intelligendus est Bald. in d. authent. hoc ius porrectum, n. 3. & ceteris qui eum sequuntur supra relatis, tenentes, posse corpus confraternitatis alienare eius bona de eisque disporre, sicut cætera collegia secularia, quia hoc non est pium collegium, sed profanum, nec restitutum in integrum tunc competit.

Tertius casus est, quando confraternitas vel locus pius vel oratorium est extructum principaliter vt factum sit & Deo Optimo Maximo dicatum, & bona sunt eo animo simul congesta, vt ad opera oratorij necessaria, nempe pro Missis dicendis & ceteris illis concernentibus, & ad pauperes subleuandos perpetuo sunt: & tunc bona illa, sique locus, religiosa ac pia sunt iudicanda, etiam si Episcopo consensus non accesserit, ideoque ad libitum illa bona distrahi non poterunt, nisi accedente totius confraternitatis consensu ac auctoritate Episcopi in illis casibus, in quibus bona aliorum locorum piorum & religiosorum distrahi conceditur: restituitque hoc casu prædictis locis competet in integrum, si lædantur: & iuxta hanc distinctionem intelligenda sunt omnia supra adducta pro vtraque sententia: & in terminis prædictos casus ita distinxit atque considerauit Menoch. vbi supra num. 34. & sequen. & sequitur nouissimè dicens, æquiorẽ & vtiorem esse hanc sententiam contra plures, quos retulit num. præcedenti, Ludouic. Sfortia in tract. de restit. 3. part. q. 2. art. 6. n. 46. cum sequentibus, & inquit Cæsar Lambert. de iur. patron. art. 10. prima q. princ. prima partis, lib. 1. n. 4. fol. 9. quod quando præd. confraternitates laicorum non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, vt laici censentur, alias secus, quando ipse sunt affixæ alicui Ecclesiæ, vt ibi per eum.

Quo fit, vt in hoc tertio casu, si de rebus ipsius communitatis agatur vel de recipiendis vel excludendis confratribus controuersia oriatur, coram iudice ecclesiastico, non veto laico petra tractanda erit: & ita videmus hodie obseruari secundum Cæsar. Lambert. vbi supra n. 6. quod tales confraternitates pro rebus communibus ipsius confraternitatis conueniuntur coram iudice ecclesiastico, quia fraternitas ipsa est annexa Ecclesiæ, & ideo non coram iudice seculari esse conueniendâ,

uenienda, licet de aliis eorum rebus & delictis conueniantur coram iudice seculari.

25 Quinimo si idem existit in omnibus confraternitatibus piis ab ordinario ecclesiastico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas causæ clarius elucefcit, præcipue, quia nunquam ad ordinarium humilimodi pro confirmatione confraternitatis, eiusque constitutionibus occurritur, nisi cum ad pietatem principaliter inducuntur, nempe pro Missis dicendis & defunctorum corporibus sepeliendis, &c. ex quo locus religiosus efficitur, vt in tit. ff. de relig. & sumpt. fun. & intentio fundatorum manifesta colligitur, volentium principaliter ad cultum diuinum ea inducere.

26 Quartum casum ipse considero respectu visitandi ac inquirendi, an bona prædicta, confraternitatum expendantur in eum vsum, in quem relata sunt, & iuxta voluntatem eorum, qui ea reliquerunt, & respectu etiam rationes accipiendi: & tunc quando sunt fundatæ vel approbatæ per ordinarium, vel in dubio, si in eis ad sint campanella & altare, in quo solet celebrari, aliæ signa factum indicantia, hæc omnis facere poterit Episcopus, iuxta Doctrinam Federici de Senis d. conf. 111. & sequacium supra relatorum, alias secus: hodie indistincte in vtroque casu rationes sunt reddendæ Episcopo singulis annis, vt in dict. decreto sacri Concilii Tridentini. & iuxta illius contexturam & formam: Quare cum

27 Episcopus hæc ius habeat à Concilio, vt sibi rationes reddendæ sint singulis annis, vt in d. decreto sacri Concilii, liquet ipsum posse reformare, quæ non iuxta voluntatem testatoris ius fundatorum atque ipsorum piorum locorum constitutiones approbatas geri perpexerit, ex præd. rationibus, atque in pristinum & debitum statum reducere, præcepta salubria faciendo, vt ea in posterum obseruentur, dummodo non excedat nec resiliat à fundatorum voluntatibus & potestate sibi ad hoc concessa expresse & tacite per consequentiam à sancto Concilio Tridentino. Poterit præterea & debebit male consumpta non admittere, ad hunc enim effectum sibi rationes reddendæ sunt, vt praua reformet & dilapla restantur atque omnia ad rectæ rationis modum reducat, alias enim si hoc facere non possit, verbalis, non fructuosa atque inutilis esset rationum redditio eidem faciendâ, potius quam realis, nec eisdem locis piis vilis, contra mentem Concilii sanctissimam, quæ ea est, vt pia fundatorum voluntates ad vnguem obseruentur atque ab eis relicta in eum vsum omnino expendantur, ad quem legata seu præstita vel donata fuerunt: Vt igitur hæc sita adimpleatur, præcipit præd. Concilium (vt concilio) vt rationes præd. singulis annis Episcopo reddantur, vt videat ac intelligat, an quid contra fiat, & quod fundatorum voluntates præterierit, à debita ratione deuiaverit, tollat & dissipet & ad eas reducat: Poterit igitur male consumpta non admittere, abusus & prauas consuetudines id medio sufferre, & quæ puriori voluntati fundatoris executioni conueniant, præcepta facere, vt in posterum omnia rectius gerantur.

28 Ex quibus idem forsitan tenei possit in depositis publicis frumenti, nempe Albondigas, quæ in Rebus publicis recte constitutis pro pauperum alimonia relicta à testatoribus vel alias fundata sunt, vt rationes eorumdem conferre possit Episcopus, atque eisdem præstandæ sint, vel saltem, quæ fuerint acceptæ à publicis administratoribus reuidere & inquirere, an recte reddite sint, atque iuxta fundatorum constitutiones expensum & distributum, vt si hoc ita benefactum ei constitit, approbet, sint vero aliquid secus actum repererit, reformet ac omnino curet & præcipiat, vt omnia in posterum iuxta constitutiones & statuta depositorum humilimodi obseruentur. Quæ illatio sane probari potest ex eo, quod hæc deposita

publica pro sustentatione pauperum, communisque reipublicæ, in qua maior pauperum pars, vt plurimum existit, inducta atque fundata sunt, sicque causa pia iudicantur, vt colligitur ex Bald. in d. l. 1. id quod pauperibus, q. 21. C. de Episc. & cleric. & ex aliis plurimis auctoribus: quare verum meo iudicio ac tenendum videtur, quod modo prædiximus.

Hospitalia si an dicantur loca pia (vlt. supra prædicta) 29 videndus est in specie latissime id differens Ant. Gabr. vbi supra, conclusio. 2. per totum, vbi distinguit, an hospitale sit auctoritate superioris erectum, vel id præsumatur, pro vt præsumitur, quando in eis est campana, & publice celebrantur diuina, & tunc dicantur pia loca & gaudeant privilegiis Ecclesiæ, & requirantur tunc in alienatione bonorum eorumdem solemnitates alias requisitæ in alienatione rei Ecclesiæ, ac prouide restituantur in integrum si lædantur: alias secus. * Intelligi, nisi in casu supra num. 23. postico * lux. * tamquam distinctionem intelligendus est Euerard. in cent. legal. loco 30. ab Ecclesia ad pia loca, partem affirmatiuam in his hospitalibus simpliciter tenens Rationes tamen bonorum dictorum hospitalium, sicut & confraternitatum & quorumcunque piorum locorum indistincte singulis annis Episcopo reddendæ sunt, iuxta formam decreti Concilii Tridentini, supra citati, quod in eisdem eorumque administratoribus eidem loquuntur Quare quæ supra n. 27. supra, diximus respectu redditionis rationum bonorum confraternitatum circa interpretationem d. decreti Concilii Tridentini. hic etiam in memoriam reducendâ ac dicendâ.

De iure patronatus his confraternitatibus, vel locis piis aut hospitalibus competente, an earum personæ illud exercentes dicantur patroni ecclesiastici vel laici videndus est id agens Cæsar. Lambert. vbi supra, num. 4. & sequen. vsque in fin.

S V M M A R I V M.

- 1 Successor debet fauorabiliter persequi, quos nouit suo prædecessori fideliter paruisse.
- 2 Ecclesia in contractibus suis nullam debet fraudem adhibere.
- 3 Reges, Duces, Marchiones & similes, qui habent dignitatem per non electionem sed per successionem, tenentur seruare omnem contractum & conuentionem, sicut quilibet successor priuati.
- 4 Precarium morte concedentis non finitur.
- 5 Reges, Duces, Marchiones & similes, qui habent dignitatem per non electionem sed per successionem, tenentur seruare omnem contractum & conuentionem, sicut quilibet successor priuati.
- 6 Successor prelati vel rectoris, non tenetur stare locationi prædecessoris, imo ipsius morte ipso iure extinguitur locatio, etiam si prelati vel rector nomine Ecclesiæ fructus vel redditus ad se tantum spectantes locauerit.
- 7 Successor rectoris, qui beneficio renuntiavit ante finitam locationem, non tenetur eidem stare. Idem est in canone optante aliam prebendam ex vi status vel privilegij.
- 8 Successor maioratus non tenetur stare locationi prædecessoris, sed potest denno locare.
- 9 Hæres usufructuarius locantis fundum in quinquennium, & ante decedens, non tenetur vti frui, præstare, nec sumptus, quos fecit conductor in fundam tanquam quinquennium fructurus.
- 10 Si filius primogenitus consensit locationi à patre facta de rebus maioratus, tenebitur postea in eo succedens eidem locationi stare.
- 11 Successor primus maioratus tenebitur stare locationi à fundatore ipsius factæ ac eius debita pro rata persolueret.
- 12 Conductor non tenebitur similiter locationi prelati, tutoris vel maioratus possessoris stare, quinimmo poterit;

- terit, locatore mortuo, ab ea liberere fidere.
- 13 Successor beneficii vel maioratus, recipiens pensionem unius anni, non censetur pro ceteris nondum decursis contractum approbare: idem erit in ipso conductore e converso, ut in n. 14.
- 15 Sed an hoc procedat, si fructus omnium annorum post mortem locatoris decurrerint non sint pares?
- 16 Haeredes vel fideiussores praelati, rectoris vel alterius beneficiati, vel etiam possessoris maioratus, qui locauerat ad certum tempus, ante id impletam decedens, an teneantur de obliatione? & n. seq. ubi & in n. 17. & 18. l. 9. tit. 17. part. 1. expenditur & n. 24 quid in optante alteram praebendam: & n. 25. in resignante beneficium ante tempus locationis impletum, & etiam n. 28.
- 22 Haeres unius salis non admittitur contra factum defuncti, quando ille actum fuit validus & efficax, secus si nullus.
- 26 Empior licet non teneatur stare colono, venditor tamen teneatur eidem reddere partem pensionis quam acciperat per tempore residuo locationis non impleto, & ad interesse praeterea eidem tenetur.
- 29 Cautela necessaria erit pro clericis locantibus, ut excipiant casum, quo definant beneficia possidere, ut in eo de evulsionem nec ad vllum interesse teneantur.
- 30 Successor maioratus, etiam si sit heres eiusdem, non tenetur stare locationi, iuxta veterem opinionem.

CAPVT XXXVI.

An successor praelati, alteriusve beneficiati vel maioratus, teneatur stare locationi praedecessoris, nomine proprio & in suis utilitatem facta?

Quaestio haec, quamvis in dubio pluribus videri possit, existimantibus, omnino extingui locationem per mortem locatoris, alius tamen ad huc forsitan contrarium videbitur, praemaxime, si praelatus vel possessor maioratus pro se & successoribus suis locationem fecerit: quia successor debet favorabiliter proficui, quos novit suo praedecessori fideliter paruisse, ut in c. hoc hinc placuit, l. 2. g. 2. cap. l. i. tit. de rescript. c. final. de pact. in 6. Ecclesia enim in contractibus suis nullam debet fraudem adhibere, cap. per tuas, de donat. nec precarium morte concedentis finitur, nec ante tempus constitutum, et si sit factum de possessionibus & rebus Ecclesiarum, reuocatur, c. final. de precar. quare honestam & decens est, si tempus locationis non sit finitum, (vt in presenti questione praesupponimus) vt successor locationem factam obseruaret ac finem termini expectet.

Quare inquit Iason. in l. 1. num. 14. ff. de constit. Princip. Quod Reges, Daces, Marchiones & similes, qui habent dignitatem, non per electionem, sed praetextu successione, tenentur seruare omnem contractum & omnem conventionem, sicut quilibet successor praefati, per regulam l. cum a matre, C. de rei vendic.

Nihilominus contraarium de iure verissimum est ac tenendum, nempe, quod si praelatus vel rector ad tempus iure permiffum res locauerit, nomine tamen proprio & ad propriam utilitatem, successor non teneatur stare huiusmodi locationi, imo ipso iure morte locantis extingatur, quia ultra vitam suam non potuit successorem obligare, per text. in c. fin. ne praelat. vices suas facit cap. si de praescript. in 6. c. significauit, de cens. sub gloss. communiter approbata in dict. cap. fin. ne praelat. vices suas, & hoc communiter tenetur secundum Abb. in quest. suo, 3. n. 19. in solutione s. dubij, sequitur Paul. Castr. cons. l. lib. 1. n. 3. & 5. vbi late fundat, quod locatio in

hac specie extincta est ipso iure absque declaratione successoris ex defectu potestatis locantis, quia non potuit locare ad maius tempus, quam ipse esset vltimus, & finito iure locatoris, finitur ius conductoris, quem in hoc refert & sequitur Gregor. Lopez in l. 2. tit. 8. part. 5. in gl. Elberedera, & hanc partem tenuit maior pars dominorum de Rota dec. 1. de locat. & conduct. alius 232. in nouis: est communis, vt plures allegans testatur D. Cou. eam sequens lib. 2. vbi variat resolut. cap. 15. n. 6. Socin. cons. 34. lib. 3. & alij, quos refert Petr. Duen. in regul. 140. ampliation. 3. & post eum Mench. lib. 3. controuers. v. s. frequens. cap. 53. n. 7. Quare merito inquit Abb. in cap. 2. num. 9. de decim. non licere canonico suam praebendam obligare ultra tempus vitae suae: idem tenet Roman. in l. si filio, §. si vir in quinquennium, n. 22. ff. solut. matrim. & Anton. de Padill. in l. eum ex familia, §. si de Falcidia, n. 12. ff. de legat. 2. inferens ex hoc, non transire locationis obligationem hoc casu in haeredem, quamuis regulariter sit contrarium, vt l. sed adde, §. penult. versic. haeredem ff. locat. §. final. in fin. de locat. & conduct. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 21. n. 2. regulare enim est, vt resolutio iure dantis, resolutur etiam ius accipientis, vt in l. lex veltigali, eum siml. ff. de pignor. & ultra eos, eandem supradictam communem sententiam latissime probat & sequitur Petrus Anchar. consil. 216. per totum, praecipue num. 2. & seq. vbi ampliat, etiam si in locatione interuenit auctoritas Episcopi ex vi constitutionis synodalis: & supradicta communis sententia receptissima est ab omnibus, & lege Regia expresse probata, nempe l. 9. tit. 17. part. 1. in illis verbis: *Es si algun clérigo arrendasse los suros de sus beneficios por cierto tiempo, o se muriese ante de aquel plazo, el arrendador no puede auer aguellas rentas por mas tiempo, de quanto las auia de auer el clérigo, cuyos eran los beneficios: nin puede demandar que lo de la Iglesia las despendas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento, ni aun los marauades que ou iesse dado de mas.* Quinimo & secundum Cou. vbi sup. in fin. licet praelatus vel rector nomine Ecclesiae suae fructus ac redditus ad se tantum spectantes ratione dignitatis vel beneficii, non vero ad Ecclesiam, locauerit, adhuc idem erit: Quandoquidem reuera non fructus Ecclesiae, sed suos locauerit, nec ad utilitatem Ecclesiae, sed suam propriam id fecerit: Adiectio igitur illa, quod nomine Ecclesiae id facit, cum sit verbalis tantum, nec alterat naturam nec qualitate contractus, cum & de veritate constet idemque erit, vbi rector Ecclesiae, qui locauit fructus suos beneficio renuntiavit ante finitum locationem nam eius successor non tenebitur stare locationi: Ita Paul. de Castr. cons. 4. lib. 1. cuius in hoc sententiam probauit Cou. vbi sup. d. n. 6. vers. idem erit, estque verissimum. Quinimo & idem erit in canonico optante alteram praebendam ex vi consuetudinis, statuti & priuilegij, vt tenet Anch. vbi sup. qui in his terminis loquitur. Idem est in maioratus successore, vt quamuis possessor maioratus possit proculdubio rem maioratus ad modicum tempus locare, cum haec locatio nullam alienationis speciem & contineat, vt omnes probant: successor tamen ipse stare locationi non tenetur, sed poterit rem maioratus denuo locare, quia cum maioratus possessor non habeat dominium perpetuum, sed temporale, non poterit locare libere, sed cum sua qualitate temporali, vt dicit Bald. in l. fin. §. sed quia, n. 7. C. comm. de legat. quod in fideicommissario & probatur ex l. peto, §. praedium, ff. de legat. 2. & in fructuario ex leg. si quis domum, §. 1. ff. locat. his verbis: *Si fructuarius locauerit fundum in quinquennium & decesserit, haeredem eius non tenetur, vt frui praesert, non magis quam insula exusta, teneatur locator conductori: Imo nec sumptus, quos fecit in fundum, tanquam quinquennio fructurus non recipit, quia hoc euenire posse prospicere debuit: Ex quo text. in maioratus successore*

cessore probat D. Anton. Gomez in l. 40. Taur. n. 84. vers. iuxta quod tamen: & latius idem probat Greg. Lopez in d. l. 2. tit. 18. par. 5. in gl. Elberedera. & Arias Pinel. in l. 1. C. de bon. mar. 3. part. n. 71. & D. Ant. de Padill. vbi sup. n. 12. & est communis & vera resolutio, a qua nemo inquam discepit, vt cum praedictis affirmat D. Mol. vbi supra, n. 3. & sequitur Pelaez de maiorat. 4. part. g. 25. n. 2. & seq. vbi in idem citat Menchac. vbi sup. ex quibus stare non posse existimo quod Iaf. vbi sup. in contrarium censuit. Nec obstat d. l. cum a matre, ab eo allegata, quoniam loquitur locumque habet in successore vniuersali, & sic in haerede, de quo postea modo agemus, an in specie nostra teneatur conductori ad interesse.

Supradicta & tamen communis sententia limitari primo debet, si filius primogenitus consensum suum praestaret huiusmodi locationi, quia ex iure superueniente tenebitur mortuo parente, locationi stare arg. l. cum vir, ff. de usufruct. hocque esset vtile remedium ac consilium conductori, vt tenet D. Ant. de Padill. vbi sup. n. 13. & D. Mol. n. 5.

Secundo & limitat dictam communem sententiam Pelaez vbi supra n. 7. in successore primo maioratus, quoties proximus antecessor illius, qui maioratus fecit, locauerat bona maioratus, hic namque successor tenebitur eidem locationi stare, ex rationibus, de quibus ibi per eum. Cui addo aliam, nempe, quod huiusmodi primus successor maioratus teneatur ad debita fundamenta maioratus pro rata, vt resolutum in lib. 2. praedictarum quast. g. 84. n. 2. Eadem igitur ratione tenebitur stare locationi sui fundatoris: Quod tamen intelligendum censeo, quoties prius quam fieret maioratus irrevocabilis, locatio praestata, secus si maioratus irrevocabilem subsequatur, nisi maioratus constitutio praecedens fuisset irrevocabilis: & cum hoc temperamento veram esse existimo praefatam secundam limitationem.

Obseruandum tamen est, quod sicut successor praelati, rectoris, alteriusve beneficiati vel maioratus, non tenetur stare locationi a praedecessore facta, et si conductori illi velit stare: Ita & nec etiam ipse conductor tenebitur eidem stare: Quinimo poterit ab ea libere, si placeat, resiliire, inuito etiam successore, vt aequalitas inter partes seruetur & ne contractus claudicare videatur, arg. l. Iulianus, §. si a pupillo, ff. de alien. emp. ita in praelato seu beneficiato tenuit Abb. vbi supra in d. 3. g. n. 16. vbi quod etiam si vellet successor, non potest conductore contradicere ratificare: Quem sequitur alios allegans D. Cou. vbi sup. & in maioratus successore loquens idem probauit D. Ant. de Padill. vbi sup. d. n. 13. & in vtroque idem sequitur D. Mol. vbi supra n. 4. estque verissimum meo iudicio.

Dubitari & tamen solet, *Quid si successor in beneficio vel maioratu post mortem vltimi possessoris, qui rem locauit, praetium locationis praeterea recipiat, an censetur eo ipso contractum a praedecessore factum, ratum habere & approbare, ita vt aduersus eum venire postea non possit?* quod videtur ex his, quae late tradit Bald. cons. 184. l. 2. per l. si praetorius, ff. de honor. possess. & in l. si proponat §. 1. ff. de inoff. testam. & plura adducit in proposito Dec. in l. semper qui non prohibet, n. 9. ff. de regul. iur. Nihilominus tamen contrarium verius est & tenendum, imo quod in hac specie successor tantum videatur habere ratum contractum pro eo anno vel annis, pro quibus pensionem locationis recipit, non pro sequentibus, et si per plures alios annos contractus locationis a praedecessore factus fuerit, si pretium ipsum in singulos annos distinctum sit: Ita censuerunt domini de Rota in praelato successore alterius, qui certa bonas dignitatis suae locauerat ad decem annos, & duo-

rum, quibus vixit, exegerat pensionem locationis, & aliorum duorum recepit successor in decision. 2. de locat. & conduct. olim. 233. in nouis, sequitur Bellamera dec. 748. Anania in cap. querebam, n. 15. ne praelat. vices suas, & in vtroque successore tam beneficii, quam maioratus, idem probauit Dn. Mol. vbi supra n. 7.

Quare idem censendum esse existimo in ipso conductore, vt quamuis vno vel duobus annis post mortem locantis steterit locationi atque pensionem successoris persoluerit, non videtur ex hoc pro reliquis annis locationis contractum approbare, quia possit pro futuris annis eidem contradicere atque non stare ratione eiusdem aequalitatis seruandae, de qua supra: Nec enim inter hunc casum & illum congrua ratio differentiae posse assignari videtur.

Limitanda & forsitan quibusdam videbitur proxime dicta sententia n. 13. & 14. eo casu, quo fructus beneficii vel maioratus pinguiores aut exiguiores sperentur esse, vel forte fuerint vltimorum annorum, pro quibus locationi non statum, quam praecedentium, quibus statum fuit locationi: contentende in primo casu conductori sibi non esse auferendos, quandoquidem soluit pensionem praecedentium annorum, quibus minores fructus collecti fuerant, cum crederet, successorem statum reliquis annis locationi vltimo in finem temporis contractus. Et in secundo casu, contentende successore per contrarium, locationem duraturam ite toto tempore contractus, quia si recepit pensionem praecedentibus annis, quibus ampliores fructus fuerunt id, fecit, credens etiam pro reliquis annis locationi eidem standum esse, at forte alij dicent in his duabus speciebus, quod pensio fluctuata in priori moderetur, ad infusumque valorem fructuum praecedentium reducat, residuum vero restituatur conductori: in secunda vero maior pensio persoluitur successor pro modo fructuum petceptorum. Sed ad hoc, ratione litium suffunderant, verius esse credo, vt in casibus supradictis partes super huiusmodi querelis minime audiantur, ea potissimum ratione, quod ipse possent a principio, statim post mortem locatoris, hoc sibi praecauere ac super huiusmodi controuersis, quae contingere poterant, dimicare easque inter se componere, promittendo stare locationi per totum eius tempus, vel alio modo se componendos cum igitur hoc non fecerint, sibi imputandum est, ac per consequens seruandum, quod praediximus dictis numeris 13. & 14.

Controuertitur autem solet, *An haeredes praelati, rectoris vel alterius beneficiati, an possessoris maioratus, qui locationem fecit, decedens, ante impletum tempus locationis, teneantur de evulsionem locationis?* Et haeredes ac fideiussores clerici ad hoc teneri, probat expresse d. l. 9. tit. 17. part. 1. in illis verbis: *Mas el arrendador puede demandar a los herederos, a sus fiadores del clérigo, que le den aquello que auia de auer, de mas, e las dispensas que auia fecho, por razon de aquel arrendamiento si el clérigo auia otras riquezas de que se pudiesen pagar, que no fueren de la Iglesia: per quam Ista tenet D. Ant. de Padilla vbi supra num. 12. vbi ex hoc idem probat in successore maioratus, vt teneatur stare locationi, si alia bona habuisset a defuncto; Haec namque maxime si essent hypothecae subiecta pro securitate contractus, obligati reddunt ipsum successorem, argum. ex l. cum a matre, C. de reuendic. & in l. ex qua persona, ff. de regul. iur. quom sententiam in eisdem terminis successoris maioratus, haeredis simul praedecessoris, vt teneatur stare locationi, tenet atque probat Pelaez vbi supra n. 5. idem voluit Anton. Gom. vbi supra, dum resoluti, quod successor maioratus non teneatur stare locationis contractui, si non esset si successor eius vniuersalis.*

14

15

Ita tenetur

16

Ita tenetur

17 In contrarium tamen urget: Nam locatio hæc facta à prelato vel rectore, aliove beneficiario, intelligitur sub e conditione, si ipse prelatus vel beneficiarius vivat, & vt effectum habeat, dum ipse prelatus ius habuerit percipiendi redditus illos, vt dicitur materia subiecta: Non igitur hæredes ipsius tenebuntur de euctione, cum contractus locationis morte locantis hoc casu ipso iure absq; declaratione successoris extingatur, ac sit resolutus, vt supra probauimus, & in terminis, de quibus agimus, ita voluit Anchar. *ubi sup. n. 6. vel ex prædictis*, in fortioribus terminis, nempe in Canonico optante alteram præbendam, dicens, quod licet successor non teneatur stare præd. locati, canonicus tamen optans, qui locauerat, remanet conductoribus obligatus, nisi se defendere valeat ratione nullitatis contractus, vel ratione resolutionis iuris sui, in rebus locatis ab obligatione interesse ultra mercedem & æstimationem, quæ percepta; Ab ista enim mercede, quod restituitur conductoribus pro tempore, quo non possunt frui facto suo, proculdubio obligatus est: Ecce igitur, quomodo expresse sentit ac tenet, canonicum locatorem, alteram præbendam optando, licet facto suo destinat, priorem posse liberari ab obligatione soluendi interesse conductoribus ratione nullitatis contractus & resolutionis sui iuris, quamuis facto suo proprio id contingat: fortiori igitur id erit, quando morte locantis extinguitur locatio, vt in specie nostra. Secundo fit, quia t locatio prædicta ex natura rei finita fuit morte locantis, non aliter quã si res locata perisset, vt inquit alias Iuriconsultus in d. l. si quis dominum, §. 1. ff. locat. vbi omnes scribentes id notant: Ergo hæredes locantis de euctione non tenebuntur: Cogitare enim debuit conductor euenire posse, vt ante finitam locatorem, locans posset mori, cuius morte contractus resoluatur, vt in d. §. 1. ex quo text. hanc opinionem in hæredibus possessoris maioratus locantis, quod non teneatur de euctione, nuncupatim probauit ac tenuit D. Mol. *ubi sup. n. 8. & 9. vbi num. seq. id dupliciter limitat*. Primo, nisi maioratus possessor bona maioratus tanquam bona libera locauerit. Secundo, quando simpliciter locauerit, non exprimens ea bona esse libera vel maioratus subiecta, Idemque eadem ratione respondet t poterit in prelato vel beneficio eisdem modis bona suæ dignitatis vel beneficii locante, vt in præd. casibus hæredes ipsius de euctione quoque teneantur. Tertio ipse t limito, quoties conductor ei vel fructuum dignitatis, præbende vel beneficii, aut maioratus, pro securitate vitæ locantis & valore totius temporis contractus locationis sibi præcauerit obligatione & hypotheca expressa, speciali vel generali bonorum locantis, vel fideiussoribus præstitit pro solutione anticipatis, aut pro interesse locationis totius temporis conuenit: Tunc enim cõuentio seruanda est, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt, vt in l. 1. §. si conueniat ff. de pof. & in l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. cum similibus. Tum etiã, quia venditio rei alienæ in eũ sensu valet, vt si euincatur emptori ignoranti, venditor teneatur eidem ad interesse, vt in l. 1. ff. alienat. ff. de contrahend. empt. & in l. 19. tit. 5. part. 5. de quo per Matth. de Afflic. decis. 169. & Methyn. in suo C. de restit. q. 37 per totã Rolad. à Valle cons. 60. n. 5. & 6. & sequen. l. 1. Præterea, licet vendens rem alienam scienti non teneatur de euctione, si tamen eam promittat, tenebitur quidẽ ad interesse, vt in l. si fundus, C. de euct. & ibi gl. ord. & communiter DD. l. 19. tit. 5. part. 5. et addit lato Ant. Gom. 2. tomo variar. resol. c. de emptio. & vendit. n. 42 Roland. à Valle cons. 67. per totum, l. 4. Ergo ita & eodem modo dicendũ est in casu huius limitationis, vt si clericus vel possessor maioratus locas rem beneficii vel maioratus ad certum modicum tempus

promittat euctionem, & se suaq; bona obliget, vel fideiussores præstet pro securitate suæ vitæ ac totius temporis locationis & interesse, ipsius hæredes ac bona eius ad id teneantur per supradicta. Regulariter vero extra hos casus minime, nec hypothea vel obligatio generalis, vel t specialis bonorum vel fideiussores præstiti simpliciter pro securitate locationis, nec promissio, quod ipse nec alij eidem contrauenient sub pena solutionis interesse, aliquid in proposito operari videtur; Omnia enim hæc natura accessoria contractus, quo resolutio & extinctio ex natura ipsius, per consequens & accessoria prædicta ad nihilum rediguntur; Quia cum principale non subsistit, plerumque nec ea, quæ sequuntur, locum habent, vt in regul. iuris vniuers. ad corruptionem enim principalis sequitur corruptio accessoria, vt in l. si homo mortuus ff. de verb. obligat. & in terminis sentit Anchar. *ubi sup. n. 6.* hæc namque adiecta accessoria intelliguntur locum habere durante vita ipsius locationis, at ipsa finita, finiuntur & reliqua. Non obstat etiam regul. illa iuris pro contraria parte adducta, nempe; Quod hæres vniuersalis non admittitur contra factum t defuncti, vt in dist. l. cum à matre, C. de rei vendic. & in l. lex qua persona, ff. de reg. iur. quoniam illa procedit in actũ valido & efficaci, secus si esset nullus: Nam sicut faciens contra eum venire posset, ita etiam & ipsius hæres admittendus esset, vt sentiunt gloss. Bald. & alij dist. l. cum à matre, per text. in leg. quemadmodum, C. de agric. & censu. l. 11. & tenet plures allegans Arias Pinellus in l. 1. C. de bonis maioratus in 3. part. n. 83. limitation. 10. at in proposito, licet locatio supradicta facta ad modicum tempus valida sit, durante vita prelati, clerici vel possessoris maioratus, eo tamen mortuo, statim finitur, extinguitur atque annullatur ipso iure in posterum, vt supra resoluimus: Ergo quamuis locans pro tempore contractus currente in vita sua contrauenire non possit eidem, pro tempore tamen reliquo post mortem ipsius, cum statim extingatur & annulletur locatio, poterunt ei contrauenire hæredes, iure permitte, ac proinde ad nullam tenebuntur euctionem.

Quid tenendum in articulo sãvalde difficili: Et quidem in pũcto iuris & rationis vitæ & efficacy existimo verius esse, hæredes vniuersales nec fideiussores prelati, rectoris, alteriusve beneficiarii prædefuncti teneri de euctione prædicta locationis in futurum, nec ad aliquod interesse conductoribus soluendũ; Quia t ex natura rei morte locantis finita & extincta fuit locatio ipso iure per supradicta. Quinimo idem existimo esse in ipsomet clerico optante alteram præbendam & dimittente quam locauit: Is enim quamuis facto suo videatur priorem dimittente atque in causa esse, vt contractus non adimpletatur in totum; Nihilominus, quia tempore locationis sibi competeat illud ius optandi ad præbendam vacaturam, & conductor id sciens potuit de eo cogitare ac sibi in eum casum præcauere, & non præcauit, sibi imputare debet, arg. l. si quis dominum, §. 1. ff. locat. Cautus igitur erit, si in eum casum sibi prouiderit conductor. Secus tamen erit in prelato promotõ ad aliũ Episcopatum, quia is sibi volenti & acceptã ex gratia potius, quam ex iure conceditur: vel in alio clerico libere reuocante aut dimittente suam beneficiũ aut præbendam simpliciter, aut ex causa resignationis vel penutationis; Cum enim hoc casu suo proprio facto & voluntate Episcopati vel beneficii dimittant ad interesse eos teneri videtur, præcipue cũ se suaq; bona pro securitate locationis obligauerint. Sicut t videmus regulariter, quod licet emptor non teneatur stare colono, venditor tamen tenetur eidem reddere partẽ pensionis, quã acceptat per residuo tempore locationis non impleto, vt in l. emptor, C. locat. & lib. 19.

18 & l. 19. tit. 8. p. 7. & ad interesse præterea tenetur, arg. l. si merces, §. 1. ff. locat. & l. nihil, §. fin. ff. de leg. 1. & tenent in terminis Alberic. & Barr. in d. emptorem. Alex. in l. si filiosam, §. si vir in quinquennium, ff. solus. mar. & Greg. Lop. eos referens in d. 19. in gloss. fidel. lognera. Præterea cessat hoc casu ratio ad cõparatõ d. §. 1. si quis dominum, inter mortem usufructuarij locantis & extinctionem insulæ, ibi: Non magis quam insula exusta &c. Multi enim differt ac distat in proposito inter mortem beneficiati & eius voluntariam dimissionem beneficii: Illa siquidem voluntate Dei contingit, hæc vero partis factõ: Quamuis adhuc in specie nostra, de qua agimus, consultius sit conductoribus, euctionem seu interesse sibi stipulari, in casum nempe promotionis, aut dimissionis cuiuscumque. Hæc autem procedunt attento iure communi: verum attento iure Regio, in praxi t cõtrarium tenendum esse existimo in clericis locantibus res suorum beneficiorum ad tempus, decedentibus ante ipsum impletum, per d. l. 9. tit. 17. p. 1. in vers. supra relato, quæ expressa est in hoc nempe, *Que el arrendador puede demandar a los herederos, e a sus fadores del clerigo, que se den aquello que auia de auer demas, e las despenfas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento*. Hoc tamen verum est, vt ipsemet lex statim subdit, *si el clerigo auia otras riquezas de que se pudiesen pagar que no fuesen de la Iglesia*. Ergo si bonasque clericus reliquit suis hæredibus, non erant patrimonialia, sed acquisita intuitu Ecclesiæ, insinuat lex illa, quod tunc hæredes vel fideiussores eisdem ad id minime teneantur: Quasi velit lex, solum bona aliunde quæsitã, quam intuitu Ecclesiæ, ad euctionem locationis fundi vel fructuum Ecclesiæ, sicut locatorum teneri, non vero quæ ex Ecclesiã processerunt. Et cum lex hæc sit singularis in proposito, quia nulla alia ante vel post id induxerit, ac propterea deuians à iure communi, ad vnguem obseruanda erit in suo casu tantum, quo loquitur. Quare aliis bonis deficientibus, videtur quod hæredes vel fideiussores ex bonis clerici acquisitis intuitu Ecclesiæ non teneantur id soluere, sed quod liberi sint, præcipue cum id indistincte iure comũni sit verius, vt prædictum. Nihilominus tamen verus sensus d. l. 9. non est hic, quia ipsa non loquitur de bonis clerici acquisitis intuitu Ecclesiæ, siue beneficii in d. vers. si. Si el clerigo auia otras riquezas de que se pudiesen pagar que no fuesen de la Iglesia, ad hoc, vt ex ipsi solis existentibus prædicta solui non debeant, sed tantum de bonis patrimonialibus: sed quod proprie & verè lex decidit, est, *Que el arrendador puede demandar a los herederos, e a los fadores del clerigo, que le de aquello que auia de auer demas, y las despenfas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento, si el clerigo auia otras riquezas de que se pudiesen pagar, que no fuesen de la Iglesia*. Ex quibuscumque igitur bonis, quæ clericus reliquerit, siue patrimonialibus siue acquisitis intuitu Ecclesiæ, vel alias, hæredes ipsius tenentur soluere prædicta, vt patet ibi, *si el clerigo auia otras riquezas de que se pudiesen pagar, dum generaliter & indistincte loquitur in aliis diuitiis siue bonis: Neq; quod sint intuitu Ecclesiæ acquisita, aliquid interest, cum omnia ad hæredes clerici pertineant, præcipue hodie attenda l. final. tit. 8. lib. 5. Noua Collect. Reg. quod autem postea subdit eadem lib. *que no fuesen de la Iglesia*, intelligendum est planè pro vt iacet, nempe ex bonis siue fructibus Ecclesiæ, hoc est, beneficii locati, post mortẽ clericus locantis cedentibus & ad successorem in eodem beneficio prædictantibus, non vero de bonis eiusdem clerici, ad cuiusque pertinentibus, etiam intuitu Ecclesiæ acquisitis: hocque perspicuum fit ex præcedentibus, ibi: *Nim puede demandar que le de la Iglesia las despenfas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento: ni auia los maravedis que ouiese dado demas. Ca**

si coma el clerigo, nin los que heredassen lo suyo, non podrian auer las rentas de la Iglesia despues de su muerte, orõ si no las deue aquel auer quien las arrendasse: & ex sequentibus, ibi: *Es lo mismo seria, si non ouiese heredero el clerigo que heredasse lo suyo, e la Iglesia lo ouiese de heredar: ea estonce ella seria tenuta de lo pagar*. Ecce ergo, quomodo si Ecclesiã succedat in bonis clerici locatoris, indistincte tenetur ad prædicta soluenda: Idem ergo erit, imo à fortiori, in quocunque alio hærede eiusdem clerici: sed quod lex illa excepit, est, quoties clericus bona non reliquit; Tunc enim Ecclesiã ex suis bonis, hoc est, beneficium ipsum, nec in eo succedens tenebitur ad solutionem præd. ex supradictis ab eadem. In verbis iam relatis, ibi, *ca si coma el clerigo, &c.* hic est verus sensus & literalis d. l. Regia, iuxta quem hæredes clerici in nostra specie, quæcunq; bona reliquerint, tenebuntur de euctione, vt in d. l. expresse deciditur atq; cauetur, non vero Ecclesiã, hoc est, beneficium ipsum, nec successor in eo, etiam in subsidium bonis clerici deficientibus: fideiussor autem clerici locatoris tenetur etiam soluere conductori interesse atq; expensas factas ratione dictæ locationis id expõseti, vt ead. lex nuncupatim definiuit, Quia t Regia attenda, à fortiori idem erit dicendum in Prelato promotõ, vel alio clerico optante vel dimittente suum beneficium ex quacunque causa. Si enim hæredes & fideiussores clericus prædefuncti tenentur ad interesse & expensas conductori, aliis bonis quam Ecclesiæ existentibus, quo casu nulla culpa imputari potest clerico locanti in non adimplendo contractum, à fortiori idem erit dicendum in clerico dimittente sua voluntate beneficium vel præbendam: Et ita iudicatum fuit in vna Ciuitatens. contra quandam canonicum, resignantem suum canonicatum ante tempus impletæ locationis, quam prius ipse fecerat eiusdem sui canonicatus. Oportet igitur hodie, imo necessarium t existimo, si clericus locantes velit in his casibus sibi præcauere, cum redditus suorum beneficiorum locant ad modicum tempus trium annorum, (quia ad longius eos locare non possunt) eam in locatione adicere conditionem: vt si ante illud tempus locationis decesserint promotiue fuerint, aut alio quocunque modo contingat, eos desinere possidere beneficium illa, ad nihilum ex tunc teneantur ratione euctionis vel interesse, sed imo liberos se & sua bona, hæredes & fideiussores remanere. Et ita solitus sum obseruare in similibus locationibus, quas facio atque obseruare solitum accipi D. Simancas Episcopum Ciuitatens. & postea Zamorens. in locationibus sui Episcopatus.

In successore autem maioratus, quamuis lex illa Partita loquens in clericis possit adduci ad argumentum, vt idem videatur esse dicendum in eo, pro vt tenet D. Ant. de Padill. *ubi supra*, cum tamen lex illa solum loquatur in clericis, nec habeamus aliam l. iur. successore maioratus idem disponente: Imo iure communi attento verius sit, successorem maioratus, etiam si sit hæres vltimus possessoris eiusdem, non teneri stare colono, quia ex natura contractus ipse morte locatoris resolutus, & correctio iuris non stinduenda, nisi in casibus à iure expressis, vt in l. sancimus, C. de rest. & in l. præcipimus, C. de appellat. adhuc tenendum esse existimo, quod iure communi probauimus supra, nempe successorem maioratus, qui simul hæres sit prædefuncti antecessoris, non tamen fundatoris maioratus, minime quidem teneri stare locationi sui prædecessoris, vt tenuit egregie D. Mol. *ubi supra*, cuius in hoc sententiam probõ aduersus ceteros supra in contrarium allegatos, saluo meliori iudicio.

S V M M A R I V M.

1 Seducens virginem dormientem cum ea, tenetur eam ducere.

MANENTIA

procurator

- ducere in uxorem atque dotare.
- 2 Stuprum in proposito propriè est virginum deformatio.
- 3 Clericum virginem stuprans deponi debet.
- 4 Index Ecclesiasticus potest clericum stuprum committenti imponere penam pecuniariam arbitrio suo ultra alias spirituales, quando illa non sufficiunt, quam si non soluerit, luet in corpore.
- 5 Sicut ea Casarea grauiori pena puniuntur vi corruptentem virginem, quam spontaneè, ita index Ecclesiasticus id seruare debet, vt hic.
- 6 Dispositio cap. 1. de adult. in nostro Regno de communi stylo & consuetudine seruatur in practica.
- 7 Seducens & corrupens virginem, an ad predicta duo copulatiue teneatur hoc est, ducere & dotare eam, vel adimpleat dotando?
- 8 Stuprator non ducens stupras, debet tanto plus ei dare, quantum oporteret dare propter deformatiorem virginitatis.
- 9 Praxis refertur, vt minor dos dari debeat contrahendo cum stuprata, quam non contrahendo cum ea.
- 10 Corruptens virginem, si nec ducere eam possit nec dotare, potest puniri iuxta penas iuris ciuili.
- 11 Quinimo in prad. casu, si forte nolit contrahere cum ea, debet eam dotare, & præterea vapulabit.
- 12 Corruptens virginem seductam vel importunis & magnis precibus illectam, tenetur eidem damnum illatum restituere, vt hic.
- 13 Verba illa text. in c. 22. Exod. & c. 1. de adult. Dormiturius cum ea, quomodo intelligatur.
- 14 Peccans mortaliter, dicitur dormire in diuinis literis, & peccans venialiter, dormire.
- 15 Virgo quando dicitur seducta.
- 16 Importuna preces meri equi parantur.
- 17 Contractus ab uxore gestus propter nimias preces mariti, rescindi potest, ac si meti esset celebratus.
- 18 Sicut is, qui vi aliquem trahit ad ludendum, tenetur eidem ad restitutionem lucrorum, ita is, qui nimia prece & importunitate impellit coluorem.
- 19 Mulier, qua precibus pecunias magnas extorquet a suo amasio, an & quando teneatur eas eidem restituere.
- 20 Impediens seu prohibens testatorem, ne aliquod legatum vel hereditatem alteri relinquat, quando teneatur eidem ad restitutionem?
- 21 L. 1. tit. 9. part. 7. verba optima referuntur.
- 22 Si quis corruperit virginem volentem absque seductione, an teneatur eam dotare? & n. 23. referuntur tres casus pro resolutione.
- 23 Voluntas libera puella hoc casu an liberet stupratorem ab actione, parentibus vel curatoribus, sub quorum cura est, pro dote & iniuria sibi illata, competente?
- 24 Quando stuprum ita occultum est, quod non sit infamaria mulier nec aliquam iacturam patiatur, stuprans sponte volentem, ad nihilum patri etiam vel curatori puella tenetur.
- 25 Idem est, si parens vel curator de lenocinio conuincetur.
- 26 Quid si stuprans promissit vere vel fidei se ducturum virginem?
- 27 Dos qua danda sit mulieri stuprum passa, quando ipsa & pater suus recusant matrimonium cum stupratore.

CAPVT XXXVII.

De stuprante virginem ad quid teneatur?

2 **E**Xodi cap. 22. ita cautur; Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormituriusque cum ea, dotabit eam & habebit eam in uxorem: si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis,

quam virginis accipere consueuerunt, habetur transumptiue in cap. 1. de adulter. Sed antequam dilucidemus text. hunc ac eius materiam disseramus, opera pretium duxi pramittere, stuprum in proposito esse virginum illicitam deformatiorem, vt in c. lex illa, 36. q. 1. Stuprum ff. ad l. Iuliam, de adult. Limer liberat, §. lex Iulia, eod. tit. & in limer iurprum ff. de verb. signif. vbi Aleiat. & Brecheus, & in l. eum, qui duas, C. ad l. Iuliam, de adult. & in l. qui adulterium, eod. tit. Committitur etiam stuprum cum vidua & cum puero, vt ex dictis iuribus DD. infra citandi tenent. Pena autem stupri sine vi commissi iure communi est inhonesta persona & in dignitate constituta, publicatio mediocritatis honorum, & in vili persona correctio corporalis arbitraria cum relegatione, vt in l. si item lex Iulia de adulteris, Inst. de publi. ind. & ibi communiter DD. l. 2. tit. 19. p. 7. Si vero stuprum cum vi committatur, habet locum pena imposta pro raptu, de qua in l. eum, cum similit. C. de raptu virgin. nempe mortis & publicationis omnium bonorum, vt in l. 1. §. fin. ff. de extraordin. criminib. tradit latè Greg. Lopez in d. l. 2. in gloss. deue perder. & Anton. Gomez in l. 80. Tami, n. 5. & 41. plures DD. allegantes, & Iulius Clarus in pract. crimin. §. Stuprum, vers. sed quæro, ibi. De iure autem ciuili, & Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 228. num. 7. & segg.

Clericus virginem stuprans deponi debet, vt notat Abb. in c. at si clericus, col. 1. de iudicis. idem Abb. in c. 2. de adult. vbi etiam credit, clericum posse cogi ad dotandam virginem ab eo corruptam: & quod pena stupri in clerico sit depositio, est communis opinio secundum Paulum Grillandum in tractatu de penis omnifariam coitus, in cap. 7. videndum, vbi et etiam sequitur doctrinam Abbatis in cap. vt clericorum, de vita & honestate clericor. tenentis, quod index Ecclesiasticus potest imponere penam pecuniariam clerico pro arbitrio suo, ultra alias penas spirituales, quando illa non sufficiunt, quia illas non timet, quas si non soluerit, luet in corpore: Quia non sufficit dotare mulierem stupratam, sed ultra dotem tenetur soluere pecuniariam vel corporalem penam, secundum cum post Abb. in d. cap. 2. n. 4. de adult. & prædicta sequitur Bernard. Diaz de Luca in pract. crim. canon. c. 77. n. 2. vbi addit num. 3. quod cum iura Casarea (vt vidimus) grauiori pena puniantur vi corruptentem virginem, quam sponte, eodem modo index Ecclesiasticus seuerius punire debet vi perpetrantem tale facinus, vt sic ultra depositionem, in arctum Monasterium vel carcerem trahat delinquentem: Et opin. Abb. vbi supra, quod arbitrio iudicis possit puniri huiusmodi clericus, & quod ipse pro stupro deponatur, testatur communem cum Paulo Grilland. vbi supra, l. 1. Clar. vbi supra, sequitur etiam Menoch. vbi supra, n. 5. Ego vtroque casu hodie penam a bitrariam imponendam esse existimo, quamuis grauiorem pro stupro vi commissio, quam sine vi. Et ea pena puniatur stuprans virginem nondum viri potentem, videndi sunt Iulius Clarus vbi supra, in vers. fuit aliquando, & Menoch. d. lib. 2. casu 294. per totum.

Modo accedo ad interpretationem text. in d. c. 32. Exodi, & d. c. 1. de adult. Et primo obseruandum est, quod quamuis eius pena videatur intelligenda solum de iure Canonico & in terris Papæ, non vero in terris Regis vel alterius domini temporalis, in quibus ius commune ciuile & Regium, de quo supra seruandum esset, vt tenet Salye. in d. l. eum qui duas, n. 3. & August. Arimin. in addit. ad Angel. de malef. in parte, Que me ha adulterato, col. 16. vers. in auem in hac materia, Abb. & magis communis opinio in c. 2. de adult. De communi tamen stylo & consuetudine in nostro Regno Imperaturatur

feratur in practica dispositio d. c. 1. de adult. & eius pena, tam in foro ciuili, quam canonico, secundum Ant. Gom. in l. 80. Tami, n. 7. & 8. in princ. cuius praxis ego etiã testis sũ, & vbiq; ita seruatur, vt credit Iul. Clar. vbi supra, in vers. sed quæro, ibi. Sed quid sit de iure.

Secundo observandum est, quod quamuis iuxta literã d. c. 1. de adult. videatur probari, quod qui seducens virginem, eam corruperit, præcisè & copulatiue teneatur ad illa duo, scilicet ducere eam in uxorem & insuper eam dotare, per quæ text. ita tenent ibi Innoc. Host. Ioan. Andr. Ant. de Butrio & Card. verius tamen est, huiusmodi stupratorum ad alterum tantum teneri, vel ducere eam in uxorem vel dotare: quod probat text. in c. 2. eiusdem tituli, ibi: Aut cum stupras, uxorem habeat, aut si veniendam puant, corporaliter castigatus excommunicatusque, in Monasterium, in quo agas penitentiam, detrahatur. Nec obstat verba d. c. 1. dum copulatiue loquuntur, quia illa non est præcisè coactio, sed causatiua, si reculat eam dotare, dotando enim videtur ad ista obligatione liberari, vt declaratur statim in d. c. 2. eod. tit. & in terminis ita tenent Abb. n. 4. Anchar. n. 5. Ioan. de Anania n. 4. in d. c. 1. & ita practicer secundum Ant. Gom. vbi supra, n. 8. Iul. Clar. vbi supra, qui idem sequitur. Addit Abbas, quod hoc casu, si stuprator non corruerat cum illa, debet tanto plus dare, quantum oporteret dare propter deformatiorem, cum virginitas sit secunda dos, vt ibi dicant communiter DD. sequitur Ant. Gom. vbi supra, n. 8. intelligens Abbatem dicere, quod si non ducit eam, tenetur eam bene dotare, taliter, quod debet plus dare, quã eo casu, quo eam duceret: sed reuera Abb. hoc nõ dicit, nisi quod prædicimus. Verum est tamen, quod in praxi seruatur, quod Ant. Gomez præfatur: solet namque mulier hæc, accusans criminaliter stuprantem, petere eum puniri grauius iuxta iuris penas, ac præterea incidenter ex iudicis officio implorari, vt condemnetur ac compellatur eam ducere in uxorem, atque vt eam dotet in certa quadam quantitate pecuniaria (moderata tamen) quam lucri facit mulier solum matrimonio propter delictum viri, secundum Abb. in d. c. 1. n. 3. & in euentum, quod hoc recuset, vt eam dotet in alia maiori quantitate, qua eget propter deformatiorem, ad inueniendum cum ea virum idoneum, cui nubere possit, qualem inueniret antea, si corrupta non fuisset. Sicque iudices vtroque casu solent condonare tamen ad huiusmodi mulierem dotandam, ampliori reum quantitate in hoc vltimo, quod recusat matrimoniu, quam priori, quo cum ipsa contrahitur: Quod si nec ducere eam possit nec dotare, quia vxoratus, & adeo pauper sit, vt non possit dotem aliquam mulieri soluere, tunc poterit per iudicem puniri pena supra dicta iuris ciuili: Ita Anton. Gomez vbi supra, num. 9. dicens, ita aperte colligi ex mente glossæ & Doct. in d. c. 1. & in locis supra citatis.

Quinimo et ille, qui virginem, vel pro tali reputatam corruperit, seducendo eam, tenetur ipsam ducere atque dotare: quod si forte nolit contrahere cum ea, debet eam dotare & etiam corporaliter castigari, pena nempe flagellationis, & in hoc debet condemnari in foro exteriori, vt tenet Abb. in d. c. 2. n. 3. de adult. per text. tibi comm. in d. c. 1. & 2. vt testatur Nauar. in Man. c. 16. n. 16. vbi quod in dubio præsumitur virgo, licet id negetur à viro & seducta: quod omnes de hac re agentes fatentur. Hoc tamen de pena corporali non videtur placere Ant. Gom. vbi supra, d. n. 9. exiltimanti hoc casu, quo nolit eam accipere in uxorem, sed tantum dotare, debere adhuc puniri aliqua leui pena; quod benignius est & in praxi receptius, nempe, vt in ea specie condemnetur in aliqua pena exilij & pecuniaria fisco applicanda, quidquid Iul. Clar. vbi supra, ex aliis referat, quod hodie etiam in Hispania contra stupran-

tes virginis sine vi non sit in usu alia pena, quam vt illas ducant in uxores vel concederent dotem.

In foro autem conscientia corruptens virginem decipiendo eam vel importunis & magnis precibus, falsiue persuasione, tenetur tantum damnum illatum restituere, nempe ducere eam in uxorem vel dotem eidem constituendo, damno illi factis faciendo condignam, scilicet quanto pluri egeat ad inueniendum virum tibi coequalè, quam indigeret, si esset virgo, iuxta arbitrium boni viri: Non tamen integram dotem, quia hoc ad penam criminis spectat, quæ in foro conscientia non debetur ante condemnationem: aut alio modo eidem satisfacere atque contentam præstat, vt probat Archiep. Florent. in summa in 2. p. tit. 5. c. 6. §. 1. & Bernard. Diaz vbi supra, & Couar. in quarto 2. p. c. 6. §. 1. n. 15. vbi dicit communem, & in reg. peccatum, 2. p. §. 3. num. 7. ad fin. & Nauar. vbi supra, n. 17. & Mexia in pragmat. taxa panis, concl. 6. n. 117. cum seq. & latè F. Ant. de Cord. lib. 1. sui quæst. 9. 13. in vers. & noster, pag. 132. Quinimo, vt addit Nauar. vbi supra, aliquid plus debet ei dare propter verecundiam, quam semper patietur, & conuitia, quæ ob id audiet à marito.

Tertiò observandum erit, verba illa text. Dormituriusque cum ea, intelligenda esse, id est, peccauerit mortaliter cum ea (hoc est) cognoscendo eam carnaliter: alias enim absurdum videretur, dicere, esse necessarium, præter seductionem, ad hoc vt dispositio d. c. 1. de adult. procederet, quod vir dormiat actualiter cum ea, cum etiam extra dormitionem eam corruperit, teneatur ad id, quod dictus text. decidit, vt omnes, tam Theologi, quam Iurista de hac re agentes fatentur: Quare verba suprad. intelligenda sunt, vt prædixi; peccans enim mortaliter cum muliere, dicitur cum ea dormire, quasi extractus à cont. platione Dei eiusque præceptis: vnde in scriptura diuina, peccans mortalter, dicitur dormire, venialiter vero, dormitare, iuxta illud Math. 25. Dormitauerunt omnes & dormierunt, in sensu allegorico: ad dispositionem igitur d. c. 1. non exigitur dormitio; sed ipsa deformatio virginitatis, vt in terminis tenent ibidem DD. præcipue Abb. n. 2. & Anan. n. 3. & ceteri, vbi quod nec sufficit sola seductio sine corruptione.

Quartò sciendum est, quod in proposito virgo dicitur seducta vel coacta, quando promissionibus, donis aut vehementibus sollicitationibus ad opus stupri inducitur, quæ alias nolebat & repugnabat, secundum Abulen. super Exod. d. c. 22. q. 2. Nicol. de Lyra ibidem, est communis opinio Doctorum, & in plures referens testatur Ant. à Cordub. vbi supra, in 7. dist. bonus text. in c. 2. ibi, Stupro decepti de adult. Quod enim vehementibus precibus & sollicitationibus extorquetur ab eo, qui non aliter vellet, dicitur quodammodo coactè ferri, & omnino voluntariè, quia importuna preces meriti equi parantur, vt in l. 1. iuncta gloss. verb. extorta, C. ne filius pro patre, vbi et extortum dicitur quod sollicitationibus fit. Quare scribit elegantier Innocent. in c. peccatio, in princ. de inueiend. contractum ab vxore gestum propter nimias preces mariti rescindi posse, ac si metu esset celebratus: Quam sententiam sequitur Matth. de Afflic. decis. Neapol. 69. n. 5. Iaf. in §. quadrupli, n. 66. Inst. de action. Palac. Rub. in repet. rubrica de donat. inter vir & vxor. §. 81. n. 10. & D. Couar. in quarto de sponsal. 2. part. c. 1. §. 6. in fin. & alios allegans D. Anton. de Padilla in linterpositis, num. 32. C. de transact. Sic et eadem ratione, sicut is, qui alterum vi trahit ad ludendum, tenetur illi eo ludo acquisita restituere, ita etiam, qui nimia prece vel importunitate impellit coluorem, vt tenet Innocent. in cap. quia plerique num. 4. de immunit. Eccles. Palac. Rub. vbi supra, num. 6. est communis secundum Couar. alios elegantem in reg. peccatum;

peccatum, de reg. iur. in 6. 2. p. §. 4. n. 7. & Padilla ubi supr. sequitur Medin. in suo C. de restit. q. 20. Ant. à Cordub. ubi supr. mulier, quæ precibus pecunias magnas extorsit à suo fornicatore, eas tenet eidem restituere, quia non omnino voluntariè datæ sunt: quod cum S. Thoma intelligit Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 1. ad 2. in ver. *adicit tamen* pag. 350. ad fin. quippe mulier superfluum per fraudem & dolum extorsit, tunc enim tenetur id amafio restituere, alias secus, nempe si neque fraus nec dolo adfuit: fraus autem est, si (v.g.) mulier diceret, se esse virginem incognitam, aut non nisi semel, idque à Magnate, qua fraude plus extorqueret; Nam hoc casu restituere profecto teneretur: Sed si falso dicat, se perditè illum deamare, aut facit & illicitamentis quippiam extorferit, fraus illa non obligat ad restitutionem, quoniam probè omnes norunt illas esse meretricum technas.

20 Sic etiam, qui t per fraudem, timorem vel falsitatem aut importunis precibus, quæ vi atque metu æquiparentur, prohibuerit atque impedièrit testatorem aliquod legatum vel hæreditatem alteri relinquere, quod ci alias relicturns erat, tenetur eidem ad restitutionem: Quamvis secus sit, si blando sermone & leuibus precibus id fiat, vt in *l. fin. iunct. gloss. verb. maritali sermone, C. si quis aliquem test. prohib. S. Ant. in 3. p. sus. summa, tit. 10. c. 1. §. 2. Palac. Rub. ubi supr. num. 11.* vbi illud de blandis verbis limitat, nisi prius esset res donata vel hæreditas relicta alteri, & vxor vel alius blandis verbis induceret maritum vel alium ad reuocandum & ei relinquentium; Nam tunc primas donatarius vel hæres auocabit à secundo illa bona per actionem de dolo vel in factum: & Marthæus de Afflic. d. decis. 69. n. 4. vbi loquitur, in marito nimia importunitate & fraude rogante vxorem, vt sibi relinqueret domum, ob quod fuit reuocatum dictum legatum: & Nau. in *Man. c. 17. n. 72. & 73. & c. 26. n. 36.* Ant. à Cordub. in *sua summa de casis de conciencia, q. 100. in princ.* Medina in *sua instruct. confess. lib. 1. §. 31. in princ. fol. 163.* & cæteri communitè DD. Sic in t proposito dicitur puella seducta, qua prædictis modis extra plenam libertatè quodammodo ducta, & non à se nec à sua concupiscentia inducta est. Pro quo vltimo considero optimâ l. Regiam in proposito mire loquentem in l. 1. tit. 19. p. 7. in illis verbis: *Otrofo dezimos que fazen gran maldad aquellos que sofacan con enganno, o falago, o de otra manera las mugeras virgines, o las viudas que son de buena fama, e biuen honestamente, e mayormente, quando son bues pedes en la casa de sus padres, o de ellas, o de los otros que fazen esto usando en casa sus amigos. E no se puede excusar que el que yegnieve con alguna muger destas, que no fiz o muy gran yerro, maguer diga que lo fiz con su plazer de ella no le faziendo fuerca, segun dicen los sabios antiguos, como en manera de fuerca es, sofacar, e falagar las mugeres sobredichas con prometimientos vanos, fazendoles fazer maldad de sus cuerpos, e aquellos que traen esta manera, mas yerran que si lo fiziesen por fuerca.* Nunc t vero iam nobis obuiam exit quaestio illa satis controuersa; Quod si quis non seduxerit virginem, sed illa sponte acquiescit, an tunc ea stuprans, tenetur eam ducere & ducere, necne? Quaestio profecto celebris est & in praxi quotidiana, in qua videtur primo dicendum, idem esse ac si eam seduxisset, & sic in ea specie habere adhuc locum dispositionè d. c. 1. & 2. de adult. cum supra adduct. tū quia, vt omnes fatètur, virgo in dubio præsumitur seducta atq; decepta, arg. l. vnica, C. de raptus virg. circa fin. vbi quod pena illius l. habet locum, siue volentibus siue nolentibus virginibus illud facinus perpetratur, quia hoc ipsum velle mulierem ab infidiis iniquissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur, nisi enim eam sollicitauerit, nisi odiosis artibus

circummerit, non faceret illam velle in tantum & decus se prodere: tum etiam, quia nemo est dominus membrorum suorum, vt in l. liber homo, cum similib. ff. ad l. Aquil. Ergo cum virgo hæc non sit domina suæ integritatis, sicut nec membrorum suorum, non poterit in sui violationem atque corruptionem consentire: tum & tertio ex l. 3. §. si quis volentem, ff. de lib. homine exhib. & in l. 1. §. persuadere ex professo, ff. de seruo corrupt. vbi habetur, quod dolosa persuasio plus est quam violenta correctio. Quotò denique ex d. l. vnica, in verbis supra relatis, quæ in hoc expressa videtur, & in terminis ex prædictis hanc sententiam tenent ac ex professo probant Abb. in d. c. n. 2. & ibi Anton. n. 1. in quibus, quod hoc inquit DD. Eandem sententiam tenent, maximè probata violentia, dolo vel persuasione viri, & etiam in dubio, quando de his non constat, Anton. Gomez in l. 8. Taur. num. 10. & indistinctè eam probat F. Barthol. à Medin. in d. sua summa de instruct. de Confess. lib. 1. En la declaracion del sexto mandamiento, §. 18. fol. 122. & iterum del septimo, §. 30. fol. 160.

Sed pro contraria parte, & sic negatiua, imò quod hoc casu corruptens virginem volentem, non tenetur eam ducere nec dotare, facit text. in d. c. 1. & 2. de adult. cum supra adductis, pro eius intellectu, dum loquitur & procedere diximus in seductæ virginem, hoc est, eam stupro decipientem per fraudem vel dolum: sed corruptens virginem volentem absque fraude & dolo, non dicitur eam seduxisse nec decessisse, vt in regula, scienti, & consentienti, de reg. iur. in 6. & ibi gl. Ergo in eo non habebit locum dispositio d. c. 1. & 2. de adult. quia vbi non conueniunt verba legis, ibi dispositio eius locum non habet, vt in l. 4. §. toties, cum similib. ff. de damn. infect. Præterea, cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem consilio dati donatio est, vt in reg. iur. vulgar. Quamvis ergo hæc mulier coacta & omnino inuoluntariè corrupta, possit corruptentè in virum suum atque dotem ab eo potestere, vel ipso iure postulant: consilio tamen acquiescens, absque coactione, fraude vel dolo, sique volēs copiam faciens viro, videtur iuris sui donationem ac remissionem facere ac proinde id petere minimè poterit. Nec tenendo hanc partè obstant fundamenta pro contraria supra adducta, & non quidem primum, quod in dubio præsumatur seducta, ex d. l. vnica, C. de raptus virg. Nam ratio illa procedit, quando sumus in dubio: sed quando constat de libera voluntate absque seductione, aliud videtur dicendum. Non etiam obest, quod d. l. vnica, procedat etiam in rapiente virginem volentem, quia non sequitur, Pœna contra raptores procedit etiam volentibus virginibus: Ergo eodem modo procedit pœna, de qua in d. c. 1. & 2. de adult. quia text. in d. c. 1. & 2. loquuntur per verbum, Seduxerit, & stupro deceptis: debet igitur hoc aliquid operari, ita vt delictè deceptioe & dolo, quinimo consentiente libera ipsa virgine, non habeat locum dispositio d. l. vnica, cap. Præterea text. in d. l. vnica, loquitur in raptore per infidias & dolum, & ideo merito, quod tunc voluntas virginis non attendatur, cum fuerit extorta per infidias & circumuentionem iniquissimi hominis, licet non est libera, sed coacta atque seducta. Non obstat & secundum, quia licet in corporis abusu, & membrorum plenum ius illa non habeat contra legem id prohibentem, vt sine peccato eis possit abuti, habet tamen in eis & in temporalibus, in quibus damnificata est ius politicum & actionem, ideo illi scienti & consentienti nulla iniuria nec iniustitia facta est, & eo ipso, quod liberè consentit, omne suum damnum remittere censetur illa, quæ sui iuris est, sicut post commissum stuprum idem ius remittere possit. Tertium & quartum non obfunt, quia agunt de dolosa persuasione, nos autem de simplici petitione, cui voluntariè acquiescit

quiescit mulier. Et ideo hanc partem probauit liberent Bernard. Diaz. in d. pract. criminal. canon. c. 77. in prima quæst. dicens, videtur, quod sicut clericus supurator, de quo ibi loquitur, est liber à præstatione dotis in foro conscientie, ex sententia Doctorum, quos ibi allegat, ita etiam videtur absoluendus in foro contentioso per iudicem Ecclesiasticum, quem decet semper sequi veritatem: aduertit tamen, quod licet ista conclusio possit sustineri, multum tamen debent iudices aduertere, antequam illam ad præxin adducant in isto casu, propter difficultatem sufficientis probationis, quæ in hoc requirenda est, vt verè constet, virginem non seductam, sed voluntariè fuisse desloratam, quia facile possent decipi per stuprantem clericum in priuatione voluntatis: Sed & eiusdem opinionis sunt alij auctores, quos refert Anton. Gomez ubi supra, & etiam summa Victoria in tit. de bigamis q. 167. Quid tenendum? Ego t vt veritatem meo iudicio in hoc articulo resoluam, tres casus considero ac distinguo, quorum duo priores absque difficultate procedere videntur, tertius vero concordia planus efficitur.

Primus igitur casus est, quando quis virginem seduxerit dolo vel fraude, vani se promissis vel vehementibus persuasionibus ac importunis precibus eam vi-tauerit, tunc enim etiam ipsa consentiat, vt ex omnibus supra dictis patet, tenetur in vitroque foro eâ ducere vel dotare, quia hoc velle mulieris ab infidiis nequissimi hominis inducitur. Et in hac propriè specie loquitur d. l. vnica, cap. 1. & 2. de adult. præsupponit enim necessario voluntatem mulieris, quamvis non liberam: Quandoquidem non loquuntur de stupro vi commissio, sed per deceptionem & fraudè, cui æquiparatur is, qui per importunas preces committitur, vt vidimus supra. Et hic casus est abq; dubio, & in eo concordant communitè scribentes, tam Theologi, quam Canonistæ, & cito citamus. Quod procedit primo, nedum quando propter id mulier infamata, & in nuptiis damnificata est, sed etiam si nuptis viri decenter, si tamen is postea id sentiens vel sciens, imdeo eam relinquit abies ad Regionem longinquam, vel eam odit vel male tractat. Nam propter hoc supurator illi tenetur etiam ei ad arbitrium boni viri aliquid satisfacere: scilicet si ita occultum stuprum sit, quod vltra læsionem signaculi virginialis nihil detrimenti propter hoc in persona, honore vel rebus illa passa est, tunc enim ad nihilum tenetur, vt ex Nau. ubi supra, d. cap. 16. n. 17. & 19. probat latè Cordub. in d. q. 13. in 4. dict. Idem erit, si propter stuprum mulier nuptis viro deterioris conditionis, veluti pauperiori vel ignobiliiori, nam tunc arbitrio iudicis erit satisfaciendum ei, secundum Bern. Diaz. ubi supra, in 2. quæst. n. 7. & ita obtinui hoc casu in praxi. Secundo procedit eadem conclusio atque casus primus hic, non solum in seducte & corrupte virginem, sed etiam iam corruptam, quæ tamen in æstimatione & fama virginis erat & ob hoc infamata est; Quia quamvis in foro conscientie ratione ablata virginitatis, quæ non erat, ad nihilum teneatur, ratione tamen damnificationis in fama, cuius causa ipse fuit, tenebitur ad arbitrium boni viri prædictæ mulieri satisfacere, ac si tunc temporis, cum eam cognouerit, esset virgo, vt communitè DD. tenent, præcipue Nauar. ubi supra n. 16. & 19. & alij, vt testatur Cordub. ubi supra in 5. dicto.

Secundus casus est, quando aperte constat & probatur, quod ipsa mulier se ingressa & consentit abque aliqua violentia, dolo vel persuasione ex parte viri, vtputa, quia ipsa attraxit illum ad concubitum, veniendo ad lectum eius, eo illum repellente vel aliud simile, & tunc indubium est, stuprantem ad nihil eidem teneri in vitroque foro, quia ipsa eum prouocauit atque

induxit. Hanc sententiam præsupponunt aperte omnes, qui in tertio casu magis dubio statim sequenti idè probant in foro conscientie, & nuncupatim in specie probat Nauar. d. c. 16. n. 16. Bernard. Diaz. d. c. 77. n. 4. & Anton. Gomez in d. l. 80. Taur. n. 10. ad fin. pro quo est bona l. vltim. tit. 7. lib. 4. fori, vbi disponitur, quod si aliqua mulier nullo compulla matrimonio domum alterius libidinis causa intrauerit, nulli pœnæ in hoc casu locus est, & ita est tenendum, quamuis F. Bartholomæus à Medina ubi supra, extrationibus quibus iam satisfecimus, contrarium minus bene in his etiam terminis exillimauerit.

Tertius casus est, quando mulier, virgo, vel pro tali communiter reputata, deficiente seductione, dolo, fraude atque nimia persuasione vel prece, sed verbis blandis leuiter rogata libere stupro consentit: & tunc versatur propriè nostra quæstio, in qua sunt pro vtraque parte rationes & auctores, ubi supra vidimus: sed pro vera resolutione dicendum est, quod prima opinio affirmatiua, quam tenent Abb. Anania & cæteri, procedat in foro exteriori tantum, in quo iudicatur ex præsumptionibus à iure inductis: Ex quo enim vir inceperit virginem rogare atque verbis, quamuis blandis & leuibus eam ad actum copulæ attrahere, & præsumitur eam decipere atque seducere, Quandoquidem idem in dubio communi omnium consensu receptum est, atq; ideo merito vt huiusmodi supurator in foro exteriori iudiciali sententia condemnentur, vt eam decipi in vxorem vel eidem dotem congruentem arbitrio boni viri constituat, iuxta decisionem d. l. vnica, c. 1. & 2. de adult. & communes traditiones Doctorum supra dictas: at vero secunda opinio negatiua præfata procedat in foro interiori animæ, in quo iudicatur non quidem per præsumptiones, sed secundum veritatem, vt competere est; Cam igitur constituit, mulierem huiusmodi leuibus & blandis verbis, absque aliqua coactione, fraude vel deceptione libere stupro consensisse, attendendum non est ad præsumptionem iuris, sed stando rei veritati, iudicare debemus in foro interiori immo-nem virum à præd. obligatione de rigore iustitiæ, atenta libera voluntate, qua stupro acquiescit: scienti enim & consentienti non fit iniuria nec dolo, vt in reg. iur. & in terminis ita voluit Summa Aflens. lib. 2. tit. 46. in c. incipientis, sequitur videre de tertio, allegando Rodonensem dicentem, quod si de Boret quis voluntariam, non tenetur: & tenet Guillem. quem refert Florent. in sua summa, in 2. p. tit. 5. c. 6. §. 1. & Angel. in summa, verb. stuprum, in versic. quod si non seduxit eam, vbi postquam retulit opinionem Abbatis contrariam, inquit: *Sed in conscientia sufficit, quod querat eam in bono statu reducere, quantum in ipso est: & expressè eandè concordiam probant Syluest. in summa, verb. luxuria, versic. 5. quaritur, & summa Tabien. in verb. restitutio, & 22. incip. quid de eo, vbi vterque allegat Bonauenturam hoc tenentem, & optimè Nauar. in d. c. 16. n. 16. Dominic. à Soro, lib. 4. de iust. & iur. q. 7. d. 1. ad secundum, vers. an verò, & Anton. à Cordub. ubi supra dict. 13. quæst. in 6. dict. Specul. coniug. in appendic. de impediment. raptus, n. 4. pag. 84. Sylua Nupt. lib. 3. n. 3. vol. 6. tract. diuers. Doct. fol. 38. Itaque hæc est communis resolutio & tenenda, quamuis Medina ubi supra indistinctè tenent primam affirmatiuam: & licet Bernard. Diaz. etiam ubi supra in foro exteriori iudiciali etiam velit tenere secundam negatiuam: nihilominus tamen æquitas honestatis est, vt si illam causam mulier sic leuiter rogata consentiens, nuptiæ traditi non possit, aliquid eidem elargiatur, secundum Domin. à Soro ubi supra. Scilicet præterea, si aliquid illi mulieri promississet, teneretur quidem omni iure hoc illi perfoluere.*

Dubitari t etiam solet circa prædicta: *Quid si puella ipsa*